THEOLOGISCHE SAMMELHANDSCHRIFT

1. Hälfte 12. Jh. Seite 82r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26043
Copyright: Admont, Benediktinerstift

erint.

lxii. De penitentib; qui uiatico accepto superuix(erint).
lxiii. De penitentib; casu in itinere t in mari mor(tuis).
lxv. Omni tempore ieiunii penitentib; manus imponi debere. (tius)
(Ut) eis excommunicadu.
lxvi. Ut penitentes mortuos efferant et sepeliant.
lxvii. Penitentes omni die genua flectere debere.
lxviii. De pauperib; et senib; ecclesie honorandis.
lxviiii. Ut presbiterum non debere prohibere quemque ecclesiam intrare.
lxx. De baptizandis. lxxi. De neophitis.
lxxii. Ut uocantem ad iudicium alterius fidei iudicis (cula uadunt).
lxxiii. De his qui relictis ecclesie conuentib; ad spectacula uadunt.
lxxiiii. De oblationib; dissidentium fratrum.
lxxv. De his qui pauperes opprimunt.
lxxvi. De accusatore et accusato. (tandas)
lxxvii. De his qui religiosis feminis preponendis sunt.
Laicum clericis presentib; non debere docere.
lxxviii. Mulierem in conuentu uiros docere non debere.
lxxviiii. Ne mulier baptizet. (Ut) ecclesie susten(tandas)
lxxx. Viduas adolescentes corpore debiles sumptu (ecclesie sustentandas)
lxxxi. De eodem. (Ut) indi ope assiduas esse debere.
lxxxii. Uiduas que stipendiis ecclesie sustentantur.

DE CONCILIO KARTAGINENSI. IIII. CUI INTERFUIT AUGUSTINUS TEMPORE HONORII AUGUSTI.

i. SANCTIMONIALIS uirgo cum ad consecrationem suo episcopo offertur: in talib; uestib; applicetur qualib; semper usura est professioni et sanctimonie aptis.

ii. Ut episcopus non longe ab ecclesia hospiciolum habeat.

iii. Ut episcopus uilem supellectilem et mensam ac uictum pauperem habeat et dignitatis sue auctoritatem fide et uite meritis querat.

iiii. Ut episcopus gentilium libros non legat hereticorum autem pro necessitate et tempore.

v. Ut episcopus gubernationem uiduarum et pupillorum ac peregrinorum non per se ipsum sed per archipresbiterum aut archidiaconem agat.

vi. Ut episcopus tuitionem testamentorum non suscipiat.

vii. Ut episcopus nec prouocatus pro rebus transitoriis litiget.

viii. Ut episcopus nulla rei familiaris cura ad se reuocet sed ut lectioni et orationi et uerbo predicationis tantummodo uacet.

viiii. Ut episcopus sine consilio clericorum suorum clericos non ordinet ita ut ciuium conuenientiam et testimonium querat.

x. Ut episcopus nullius causam audiat absque presentia clericorum suorum. Alioquin irrita erit sententia episcopi nisi presentia clericorum confirmetur.

xi. Sacerdote uerbum in ecclesia faciente qui egressus de auditorio fuerit excommunicetur.

xii. Dissidentes episcopos si non timor dei synodus reconciliet.

xiii. Ut episcopus de loco ignobili ad nobilem per ambitionem non transeat nec quisquam inferioris ordinis clericus. Sane si pro utilitate ecclesie poposcerit decreto pro eo clericorum et laicorum episcopis porrecto in presentia synodi transferatur nichilominus alio in loco eius episcopo subrogato. Inferioris uero gradus sacerdotes uel alii clerici concessione suorum episcoporum possunt ad alias ecclesias transmigrare.

xiiii. Episcopus si clerico uel laico crimen imposuerit deducatur ad probationem in synodum.

xv. Caueant iudices ecclesie ne absente eo cuius causa uentilatur sententiam proferant quia irrita erit immo et causam in synodo pro facto dabunt.

xvi. Ut episcopus reb; ecclesie tamquam commendatis non tamquam propriis utatur.

xvii. Irrita erit episcoporum donatio uel uenditio uel commutatio rei ecclesiastice absque conuenientia et subscriptione clericorum.

xviii. Episcopi uel presbiteri si causa uisitande ecclesie alterius episcopi ad ecclesiam uenerint et in gradu suo suscipiantur et tam ad uerbum faciendum quam ad oblationem consecrandam inuitentur.

xviiii. Ut episcopus in quolibet loco sedens stare presbiterum non patiatur.

xx. Ut episcopus in ecclesia in consessu presbiterorum sublimior sedeat: intra domum uero collegam se presbiterorum esse cognoscat.